

navicula tot hactenus procellis <et>^a fluctibus diucius agitata et iam fere quassa^b ad portum^c salubrem duceretur et toti mundo desiderata unio in ecclesia dei pullularet, vota iuramenta et promissiones deo fecimus fecitque et s(anctitas) v(estra), ante et post per vestras bullas vestrasque litteras per cunctas Christifidelium partes divulgata, considerantesque <nos>^d omnibus honestissimis viis <et>^e modis magna cum caritate et maturitate procurasse, ut illa pro exoneratione conscienciarum nostrarum, honore sanctitatis vestre universalique bono in effectum et sanctissime unionis prefate fructum venirent, sed^f frustra hucusque omnia obsistentibus pravis et dampnandis consiliis egisse, ymmo ultra conscienciarum nostrarum onera animarumque palantias^g nedum dignitatibus sed et personis nostris evidenter^h imminere pericula: ut deo debitum, nomen Christi confitentibus pacem, ecclesie unionem et vobis honorem pareremus et confusionem in dei ecclesia et dicta pericula vitaremus, hanc discedendi viam, quam solam relictam pro predictorum effectum videbamus, cum deliberacione cepimus, non ut a fide et veritate nostra deviemus, quas erga vos, dummodo que iurastis vovistis et promisistis remotis periculis <et>ⁱ dilacionibus effectum vos dispositos adimplere videamus^k, colere et revereri merito intendimus et s(anctitati) v(estre) debitam reverenciam exhibere, sed ut honori et debito vestro et nostro ac ecclesie paci tendere efficaciter consultum veniat^l, vestramque igitur sanctitatem per caritatem^m, quam unice sponse Christi Iesu gerere debetis, perque anime salutemⁿ honoremque vestrum oramus et flexis genibus omni cum reverencia debita supplicamus, ut afflicte ecclesie consulens^o, agere quod tenemini totusque mundus et consciencie nostre magna cum caritate desiderant, tandem s(anctitas) v(estra) adimplere dignetur, ut largius oratorum nostrorum vocibus, quos presto mittere ad s(anctitatis) v(estre) presenciam intendimus, relatis^p vivis percipiet, pro quorum conductu securo supplicamus eidem. Dat. Librefacte sub nostrorum secretorum signetorum sigillis die XII. Maii prima indiccione.

Quamobrem caritatem vestram, quam circa Romane ecclesie unionem sanctissimam flagrantem egistis et agitis,

a) et om. cod. b) quasse cod. c) portam cod. d) nos om. cod.
 e) et om cod. f) et cod. g) palantias (= trementias, cf. Du Cange) : palpantis cod. h) sed personis nostris et evidenter cod.
 i) et om cod. k) valeamus cod. l) veniat kaum richtig; ob valeamus?
 m) pro caritate cod. n) salute cod. o) consuleris cod. p) relatis cod.